Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1105
Quelle:
Copyright:

XXXVI. *Fol.* 72. p. 2. Carmen imperfectum, cujus initium:

Nobile nobilium decus, unica gloria cleri,
Aurea regalis linea ſtirpis aue. &c.

Tria ſolummodo Diſticha cum dimidio.

XXXVII. *ibid.* Epigramma:

Nec uolo nec uolui ditari turpiter unquam.
Pauperiem malo, dum ſit honeſta, pati.
Qui non eſt dives, ſi pauper neſciat eſſe,
Ille modum uitę neſcit habere ſuę.

XXXVIII. *ibid.* Aliud:

Me tibi teque mihi genus etas et decor equat.
Cur non ergo ſumus ſic in amore pares?

XXXIX. *ibid.* Carmen inſcriptum: *De Crimine mundi.* Incipit:

Tot ſcelerum morbis totus prope ſubiacet orbis
Vt lue ſit vacuus nec puer exiguus. &c.

Elegia diſtichorum 25. qua cum alia vitia, tum praecipue παιδεραστια reprehenduntur.

XL. *Fol.* 73. p. 2. *De motu eccleſię.* Initium:

Jam tot in eccleſias inſurrexere procellę &c.

Extat edit. *cit. col.* 1355. ſed perperam cenſuit *Beaugendreus* v. ult. pro *pilii* legendum *praelii;* praeterquam enim quod contra legem carminis foret, *Hildebertus* manifeſte ad *Neſtoris* aetatem adlufit. Codex habet *phi-lii* pro *Pylii.*

XLI. *fol.* 74. *De infortunio ſeculi.* Incipit:

Nuper eram locuples multisque beatus amicis &c.

In edit. *cit.* inſcribitur: *Hildeberti de exilio ſuo. col.* 1344. Pro *famemque fateri* legit Codex *ſaniemque reuerti.*

XLII. *fol.* 76. *De Liuore.* Carmen hexametrum verſuum 79. quod orditur: